

suorum infra curias seu septa eorum aut alibi in ciuitate vpsalensi commissos et committentes huiusmodi [si] absque capcione euaserint correccio taliter delinquencium dumtamen excessus eorum ammissionem vite vel membra non meruerit ad archiepiscopum et capitulum pertineat supradictos. prouiso quod lesu seu passo iniuriam debite satisfiat Si vero taliter delinquentes in ciuitate, in recenti facto fuerint deprehensi secundum leges et statuta ibidem lesu et ciuitati satisfaciant, in vtroque casuum predictorum emenda nostra regia ad fabricam ecclesie applicanda Concessionem autem nostram predictam²⁾ quam ad beneplacitum nostrum durare volumus ad muratores lapiidas, carpentarios .aliosque operarios et laboratores fabrice ecclesie supradicte vsque ad numerum sexagenarium duximus extendendam, Datum stokholmis in vigilia beati mathei apostoli anno domini M° CCC° quadragesimo.

3519.

1340 d. 20 Sept.

Ulfåsa.

Riddaren ULF GUDMARSSON, Lagman i Nerike, upplåter genom byte åt Bengt Jordansson sina gods i Hofgärde på Wisingsö samt ett bol vid ån Heghldo.

Orig. på perg. i Grefl. Braheska Bibl. på Skokloster.

Omnibus presens scriptum cernentibus. VLPHO GUDHMARSSON Miles. Legifer Nerichie in domino salutem sempiternam Nouerint vniuersi me in quodam concambio. viro discreto benoni iordansson et suis heredibus omnia et singula bona mea in hoffgierde. in insula visinghxø. sita. cum mansiuncula olaui skallæ. dicta booll. iuxta ampнем heghldo. cum omnibus eorum adiacenciis. agris. pratis. siluis. pascuis piscariis. molendinis. et molentinorum locis nullis penitus exceptis. irreuocabiliter. dimisisse. transferens in ipsum et suos heredes plenum proprietatis ius. dicta bona vendendi. commutandi. alienandi vel quomodolibet sibi uisum fuerit. disponendi. ad me vel meos heredes. de cetero nunquam reuocanda. In cuius facti testimonium sigillum meum. cum virorum discretorum sigillis. domini magni fratris mei. domini gøzstaui tunæson. legiferi vermalandie. et jsraelis birghirsson. legiferi. presentibus. est appensum. Scriptum wlphasom. Anno domini Millesimo tricentesimo. quadragesimo. vigilia beati Mathei apostoli. et ewangeliste.

Sigillen: N:o 1, Ulf Gudmarssons (upprest lejon); N:o 2, Magnus Gudmarssons (likt N:o 1); N:o 3 borta, remsan qvar; N:o 4, Israels Birgerssons (2 vingar).

²⁾ premissam —